

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensi

6
Quod præfiscini fiat!

THALASSUS HY-
MENEIUS

Nuptiarum solennitati

VIRI Amplissimi, Spectatissimi,
Consultissimi,

DN. SAMUELIS GERST-
MANNI, CONSULIS

apud FRANCOFURTENSES meritiss.

SPONSI,

Nec non

VIRGINIS

à Generis splendore, pietatis amore, varioq; virtu-
tum fulgore laudatissimæ,

CATHARINÆ,

VIRI

Clarissimi, Consultissimi,

Dn. ANDREAE BARTHOLDI,

Camerae Electoralis Brandeb. Advo-

cati felicissimi, FILIÆ,

SPONSÆ,

Berolini 17. IXbris celebrandarum,

Fausa congratulationis, amoris, honoris & bene-
volentia ergò adornatus

PROPINQVIS & AMICIS.

Francofurticis Viadrum

Literis MICHAELIS KOCHII An. 1639.

Cura domestica, Curia do- mestica.

Curaram domus est, à Curis Curia dicta,
Curarum domus est, ipsa marita domus.
Utrobique etenim posuere cubilia cura,
Hic privata, illic publica res cruciat.
Sit licet innumeris curis, studiisque referta,
Nontamen insigni Curia honore caret.
Sit licet innumeris curis quoque plena jugalis,
Attamen insigni pollet honore, domus.
Eximium Consul decus est, & amabile nomen:
Hic Pater est Patriæ, huic cura paterna gregis
Et decus eximium est, & nomen amabile patris
Familiæ: Caput est, Consul & ille domus.
Namque domo in privâ Pater est, quod Consul in Urbe,
In propriâ est Consul quilibet ergo domo.
Consul ab officio, rectè quod consulat Urbi,
Nomen habet, quod eam consiliisque juvet.
Quodque suis prudens benè consulat, inde maritus
Consulis officium, nomen idemque gerit.
Consul laudatâ civis ratione gubernat,
Familiam Pater & pignora ritè regit.
Consul consilium, si opus est, vocat atque Senatum,
Præstat idem Coniux, Consiliumque Viri est.

Ergo sapi rectè, Consul Gerstmanne, quod inter
Publica curarum est & tibi cura domus.
Quod legis in Sacrum, Domino adspirante, Senatum
Connubii, auxilium, consiliumq; Tibi.
Nam dum consilio Prudens CATHARINA puella
Jam venit, inde foris Consul es, atq; domi.
Consulto Tu illi; te consulat Ipsa, vicissim
Consulto Tu illam, consulat ipsa Tibi.
Curarum partem sibi vendicet illa, levamen
Accedet tibi, si distribuatur onus.
Porro vota fero, Dominus sed vota secundet,
Impleat Omnipotens prole, bonisq; domum,
Urbs, quæ plena Viris, opibusq; beata vocatur
Quæ sobole, atq; bonis plena, beata domus.

Simon Urfinus D. Pastor
& Superintend. Francof.

Ternum qui reprobant thalamū, tædasve trilices,
Næ satis hi rerum momenta, vicesq; videntur
Non omnestrutinasse simul. Nam sæpe sorores
Lanificæ thalamis subita, immaturaq; neclunt
Fila, nimisq; citæ cogunt conforte carere
Consortem, & domui & laribus solatia mæstis
Quærere. Namq; tibi, triplo mihi foedere juncte,
Compater, Affinis suavissime, contigit illud.

Numinis

Numinis at suasu quæfisti, quam reperisti;
Transit in amplexus, vitæq; toriq; jugales,
Candida nympha tuos, quam sedula cura parentum,
Virtus, & pietas minimè fucata, fidesq;
Commendat sincera. DE I vos gratia ditet,
Conjugiumq; manu largâ fortunet, honoret;
Impia ne turbent vestros, violentq;, penates
Et furor, & rabies, sed & insidiosa propago,
Martis abesse procul jubeantur mœnibus, aris,
Atq; focis, nostris redeat pax aurea terris,
Ac Astræa regat mentes hominumq; Deûmq;
Solvantur grates, ut honorq; decusq;, perenni
Usq; DEO maneant, & gloria, jugiter ævo.

D. Laurentius Colasius Ordinarius
Juridicæ facultatis in incly-
tâ Viadrinâ.

S I verace crisi est à curis Curia dicta,
Certè cuiq; domus curia priva sua est.
Namq; suis curis sat quisquis in adibus ipsis
Angulus (& magis hoc tempore atroce) scatet.
Quare nulla tuum conatum rodere fama
Dente Theonino prævalet usq; furens.
Cura sed ista sagax, quâ nunc, **AMPLISSIME CONSUL,**
Querere curarum dulce levamen a ves.
Dulce levamentum rursus, nova lumina Nuptæ,
Limina latificet Quæ Tibi, mœsta diu.

Qua Te, cum varijs Te curis Curia lassum
Tandem dimittit fronte madente domum,
Dulciculis possit recreare occurribus apte,
Blanda oculis, verbis, blanda operante manu.
Opto secunda sient thalami tua tertia vota,
Sit nimia & priva & publica cura procul!

Hoc votivo plausu Tertio Thalamo
DN. Adfinis sui Honoratissimi
assurgebat

M. Gottlieb Pelargus Eloquent.
Pr. P. & p. t. Ord. Phil. DECANUS.

O Ptatus meæ eras Natæ, GERSTMANNE, maritus:
Te Genero & felix esse videbar Ego.
Improvisa sed hæc rapuit vis gaudia leti,
Primum intra lustrum conjugium dirimens.
Quod quanquam vulnus mihi valde inflixit acerbum,
Pectus & uxoris sauciat usq; meæ:
Non tamen aut Ego fato obvertere cornua possum:
In viduo aut semper Tu recubare toro.
Namq; trahunt fata invitum, ducuntq; volentem:
Nec curis par est pluribus unus homo.
Ergo neq; indignor, quod nunc aliam tibi vitæ
Adjungis sociam, fulcrum aliudq; domus.
Sed tranquilla precor tua sint ut tertia vota hæc,
Non minus atq; priora, ast diuturna magis,

Opto

Opto etiam, ut nova Nupta uxortibi commoda fiat:

Neptibus atq; parens blanda & amica meis,
Quod fore persuadent pietas virtusq; parentum,
Et propria. O faciat spem DEUS esse ratam.

Sincero animi adfectu volebat Genero pronuper suo

M. Christophorus Neander.

Tertia GERSTMANNUS sub Fadera. CONSUL iturus
Prudentum voluit querere consilium.

Quorum reclusa responsum protulit urna

BARTHOLUS, ex emta nomine litterula:

Triste Viro, socia sine suppare degere vitam,

Triste Viro, at longè tristius esse Seni,

Quem cum distineant & curæ & curia, mensam

Quæ struat & thalamum, non habuisse domi.

FILIA JURIDICI, Repetenti porrigit ecce

Decretum, duce Fato obvia facta Viro!

Ille resignatum cupidè legit atq; Puellam

Prensans: felicem, subjicit, ô gerulam!

Tu mihi responsum Vivum, Tu glossa Parentis,

Tu Mibi curarum dulce levamen eris!

Quid poterat nutus, nisi idem sentire, Paternus?

Quid VIRGO nisi responsa Paterna sequi!

Ergo in amplexus SPONSO CATHARINA jugales,

Cumq; Sprea Viader prospera Vota canit.

Tobias Magirus Prof. Acad. Viad. P.

Ante

Ante duos annos in fausto sidere luxit
Autumnus GERSTMANNE Tibi, cū chara NEANDRI
Nata, volente DEO mundo valediceret, atq;
Corpus humo offerret, mentem quæ morte careret
Coelo; sed luctu magnoq; dolore Parentum
Atq; Tuo O Consul, cecidit nam portio cordis,
Quæ Tibi conjugio peperit duo pignora casto.
Condolui Tecum Christjano more; sed Eja
Cum nunc illuxit facies felicior anni
Tempus & Autumni thalamo nova gaudia junxit
Mi GERSTMANNE TUO, BARTOLDI filia natu
Altera inire Tuum gremium dum ducitur, atq;
Desertis Laribus lætabile dicere Salve.
Gaudeo nunc Tecum, quamvis mala Tempora mundi
Tristitiam nobis mandent: tamen audeo Tecum
Pectoris, instinctu scripturæ, blanda sonare
Jubila: Nam luctum mutavit Diâ potestas
Exodium in lætum, ex Viduo fecitq; Maritum.
Gratulor ergo Tibi CONSUL GERSTMANNE precorq;
Tertia quò vivat Tecum Tua Sponsa tot annos
Possitis sobolem multam numerare, Nepotes
Atq; ex hac plures pietatem corde foventes
Cum quibus in terris sit Pax optata, senescat
Ad summum tempus mundi quo clauditur ætas.

M. Theophilus Ebertus

Ministerii Francof. Senior.

Publica

Publica Consulibus cordatis indiget ut Res,
Si florere opibus stare velitq; diu,
Ut qui consilio cives sapiente tuentur,
Præsidio nullus ceu solet esse cani:
Priva ita Conjugibus domus innitatur oportet,
Quorum si rupta est copula, tota jacet.
Haut secus atq; seges quam sepes nulla coercet,
A quavis metuit damna necemq; manu.
Non semel expertus Larium dispendia tanta es
GERSTMANE, atq; domus tristia damna tua,
Ad viduos revocate tores semel atq; secundum,
Tristitia peclus consciente tuum.
Publica consilio dum commoda sedulus auges,
Atq; tuâ crescit Curia semper ope:
Mæsta piam interea curam domus, ecce, requirit,
Matronaq; sibi lumen abesse dolet.
Tertia non igitur frustra connubia poscis,
Qua tibi persuasit fontica causa domi est,
Persuasit, quid si cunctantem penè coëgit?
Pessum uxore carens sæpe Vir ire solet.
Fortior imbelli nec dextra carere sinistra,
Foemella nec mas adstitutione potest.
Nomine cepta suo fortunet Rector Olympi,
Ut tibi perbellè tertia vota cadant.
Qualis erat Magni charissima Nata NEANDRI,
Tertia sit Conjux, CONSUL honore, precor,
Obsequiosa tibi, pia, sobria, sedula, casta:
Perspicis in voto pondera magna brevi.
Spem facit haut dubiam virtus præclara Parentum,
Queis ortum debet Sponsa pudica suum.
Cui Patrem causas BARTOLDUM morare disertum,
Illustri palmam est fama referre foro.

B

Qui

*Qui sua sectantes genuit vestigia Natos,
Quos Themis alma fovet, quos Meditrina sinu.
Cujus foeminea Mater virtute coruscans,
Et quae sunt sexus cetera dona sui,
Educensq; pia cum sollicitudine Natas,
Prætulit exemplo nobiliore facem.
Sume serenatos Vir Spectatissime vultus,
Advolat auspiciis musta puella bonis.*

Honoris & observantiae debitæ
ergo gratulab.

M. JOANNES MOLLERUS
Sch. Francof. Rector.

TEmpore sic tempus; sic annus volvitur anno
Nec totam noctem lux hodierna manet.
Jam fuerant tepidi florentia tempora veris
Quæis Dea monstrabat lilia mista rosis;
Hæc sed, dum legit Cerealia dona Colonus,
Cynthius æstivâ lampade cuncta tulit.
Lampade cuncta tulit, pedibusq; silentibus ustos
Rursus ad Antipodas grande reflexit iter;
His auget lucem, nobis ast adjicit umbras
Noctis, & obliquo lumine spectat humum.
In miseros igitur Boreas nunc arma cepellit
Quæ nive, quæ glacie mittere mista parat
Quilibet inde sibi contraria præparat arma
Talia quæis hostis tela levare queat.
At meliora paras cunctis **AMPLISSIME SPONSE**
Tela quibus Brumæ tela nivosa leves.
Est **CATHARINA** tibi **TELUM** quo frangere possis,
Curia, quæ Boreas noxia spicula vibrant.

Ergò

Ergò lateris, lateris pectore totus
 Atq; bonis avibus dulce *LEVAME* Nadi.
 Tu quoq; lateris lateris pectore tota
 Bella *PUELLA* tuis ædibus *HOSPES* adest,
 Hic *TE* neglectis aliis è millibus *UNAM*
 Elegit cuius totus amore flagrat,
HUNC ergo *TOTUM* parili digneris amore,
 Ut laribus vestris à Domino redeant;
 PaX ConCors, soboLes, & ParCæ Longlor hora,
 VoCibVs Vt Lætis MVsVLa nostra petlt.

So geht es in der Welt; so lauffen vnre Zeiten;
 So sieht man wie ein Jahr das ander muß begleiten;
 So sieht man wie ein Mond den Mondes Woche treibt/
 Vnd wie kein einzig Tag bey vns die Nacht verbleibt,
 Vor zeigt' vns die Natur die Lust der süßen Felder
 Der Wiesen bundes Kleid; die Schatten, reichen Wälder
 Der Vögel Paradeis; der Bäume grünes Haar/
 Vnd womit sonst noch das Jahr gekrönet war,
 Dñ zeigt' vns die Natur / In dessen trat die Sonne
 Das wunder, schöne Licht / der Welt Lust / Bierd' vnd Wonne
 Ins Krebses höchsten Sitz; sie endert' ihren Sinn;
 Sie ward auß Freunde Feind / auß Mutter Mörderin
 Der grünen, Meyen, zeit; dem sie sonst Krafft vnd Leben
 Auß zugewanter Günst vnd Mildigkeit gegeben/
 Das ward ganz außgedörrt / vnd starb vor Mattigkeit/
 Dñ Ceres ihren Schatz der Felder abgemeyt.
 Da mußte sie gemach das grosse Nixen enden;
 Sie muß' an diesem Ziel ihr Radt zurücke wenden/
 Vnd längern vnter vns (wer hetts so bald gedacht)
 Den Völkern Licht vñ Tag / vnd vns die schwarze Nacht.

B. ij

Drauff

LERUS
CTOR.

11

Ergò

Drauff fanget nun der North mit scharffen Torrens Pfeilen/
 Als Schnee vnd kalter Luft vns Armen nachzueylen/
 Vnd wirfft sie hauffenweiß zu Thür vnd Fenstern ein
 Das weder Mensch noch Vieh vermag mehr sicher seyn.
 Darumb; wer wolte denn sein Leben nun so lassen
 Vnd wieder solchen Feind nicht gegen Waffnen fassen?
 Gar keiner; Wenn nur kan der sichtet Nacht vnd Tag
 Wie er ein vorthell ertzeß vnd sich erwehren mag.
 Das sicherst aber ist euch ditzmal wol für allen/
 Auß hoher Himmels Gunst/ Herr Bräutigam/ gefallen;
 Euch ist die wärmste Schanz auff ditzmal eingerumbt/
 Davondem Feinde sonst wol niemals was geträumt;
 Euch ist ein Jungferlein auß Gottes Raht vnd Orden
 Bey anfang dieser Kälte/ O Glück! O Fremde! worden
 Geht derowegen geht/ bringet es gewünscht herein
 Es wird ewr Zuffenthalt vnd Herzens Wärmde seyn;
 Geht bringet/ vnd liebet es/ so wird ihm auch gebühren
 Ein gleich entbrantes Herz stets gegen euch zu führen/
 Drauff euch denn ewig bleib' auß Gottes Gürtigkeit
 Ein Segen volles Haus/ Kind/ Fried' vnd Lebens Zeit!!

Hæc

In celebri nostro Helicone Ampliis:
 Dn. Consul: Sponsi tædis ὀλοψύχως
 gratulabundus scr:

Burchardus Wiesenmeyer/Helmst: Sax:
 S. S. Theol. Studiosus.

Μονοδιπλόον Ἐρωτῶ Μῆλον!

Tίς φύσιν δένειται κερπιοῖσιν δείγμασι παίζειν;
 καὶ ὡς ἐκφέρεμυ δείγμασι κερπιά εἶσι;
 Εμβλέπε μὲρ μῆλον, τὸ ἐγὼ δένδρον ἀπέλεξα
 ἐν χλωρῶ κήπῳ χείρεσιν ἀρῆ ἐμοῖς.

Ωδε

Ὄδὸς δύο, δύο οὖν ἕσασιν, μήθ' ἐν πέλεται ἓν,
 ἢ δὲ ὁ Φείλει ὁμῶς εἰμύρα εἰκάτερον.
 Οὐχὶ τὸ εἶδωλον φύσεως συμαίει ἀλήθως
 τὴν πίνυ γαμικῆ, ἢ δὲ ἔρωτα βίη;
 Εἰσὶ δύο, ἰδὲ ἓν, μητ' ἐνὶ δύο ἰδὲ καὶ ἓν,
 - ἔς θαλάμῃ καθεστῆ ζεύγυσι σπορῆ τμῶ.
 Καρδία ζεύγυνται τὰ δύο ἐνὶ δεσμῶ ἔρω, ὦ,
 ἢ ἰδέ! ὥσε δύο ἐν γάμῳ εἰσὶ τὸ ἓν.
 Τμεῖς ὑμετέρῳ ᾄδειγματι, ΚΑΡΔΙΑ ἄμφω,
 πρῶτητε τὴν ἀκριβῆ πῖσιν ἔπεσιν ἑμοῖς.
 Κεῖνο παρεμφαίνει μῆλον, ΚΤΙΣΤΗΣ τὸ αὐτός,
 Ὅς μῆλον τέχνη ἐκίσει θαυμασία.
 Ος, κατὰ σφᾶς σφίγξιν συμπλέξεται μῆλα,
 ποιῆ ὅπως σφέτερος συμφύεται ὁ ἔρω.

ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ.

Ein einzeler - zwiefacher - Liebes - Apffel.

W Er wolte nicht gestehn / daß die Natur vorspiel
 Vnd mit dem Spiele doch ziel auff ein höhers Ziel
 Seht das paar Apffel an / das ich mit eigener Handt
 Von Liebes Handt bekam zu einem Liebes Pfand:
 Ein paar ist hier kein paar / adhier ist eins nicht eins /
 Da doch sonst zwey ein paar eins eins ist oder keins.
 Wohin ist diß gemeint? giebt nicht hier die Natur
 Verlobter Herken Trew' ein artliche Figur?
 Denn zwey sind nicht mehr zwey / auß zweyen wird denn eins /
 Wenn zwey durchs Priesters Handt verknüpfft sind / da dan keins
 Von Lieb' ablassen soll / dieweil es Athem hat /
 So lang' als es besuht / der Mond vnd Sonnen Radt.
 Ihr wolgepaartes Paar / so sekundt wird vertraut /
 Die ihr in keuscher Lieb' einander stets anschawt /
 Gleich als in einem Leib' / ihr macht daß das wahr sey /
 Was ich befaht / vnd geschrieben sonder schew /

W. ist

Das

Das macht der Apffel auch / vnd der den Apffel hat
So wunderbarlich gemacht / bezeugt es mit der That /
Der gebe doch Ihr möcht so fest vereynigt seyn /
Als diß paar Epffel ist in süßer Liebes Pein.

Zum Hochzeitlichen Ehrengeschencke
verehret von
Martino Neandern Gerbstet Saxon.
der H. Schrifft Studios.

DIVINAM
BENEDICTIONEM

Nuptiis

CLARISSIMI DOMINI
PARENTIS,

Cum pudicissimâ

VIRGINE

CATHARINA BARTOLDIS.

S Alve, læta dies, albo signanda lapillo,
Salve lux amplo Clara colenda solo.
Quippe capit frontem mitis fortuna serenam,
Et Titan roseis nubila pellit equis.
Hâc crux, cordolium, cordivora cura, labores
Veloci fugiunt limina nostra pede:
Hâc nostræ domui, nobis caroq; Parenti
Prospera concordî pectore fata favent.
Gaude, Care PARENs, cui spondet Jovâ benignus
Egregiis Nympham moribus atq; piam:
Quæ minium, marmor, quæ gemmas vincit & aurum,
In quâ nec Mōmūs quod reprehendat habet.
Salve, SPōNSA, veni lætâ pia tecta PARENtis
Mente subî Mater pectore cara magis.

Grat

Grata venis cunctis, gratissima Sponsa Parenti,
 Grata venis domui, grata venis soboli.
 Eja age Nympha veni, vigilis mitissima supple,
 Quæ Matrem decorant, Matris in æde vices.
 Sed pia Nympha venis, Claro socianda PARENTI,
 Gratulor adventu corde manuq; tuo.
 Gratulor ego, PARENS, de tali corde MARITA,
 Gratulor de tali, SPONSA PUDICA, VIRO.
 Sit vobis, supero gratissima corcla J E H O V E,
 Cor concors, ratio, sensus & unus amor.
 Exulet à tædis lacero D I S C O R D I A peplo,
 Nubilis absit E R I S, melleus adsit E R O S.
 Vivite concordēs cum æa q; vincite secla,
 Post ambos maneant læta brabea P O L I.
 HæC preCor, hæC VoVeO, Castis, P A T E R annVe VotIs,
 NaMqVe plas VoCes tV faCIs esse ratas.

Ephynon.

D Längst gewünschter Tag / bis tausentmahl willkommen /
 An welchem ihm das Glück ein fröhlich's Herk genossen /
 Sey tausentmal begrüß du hoch gewünschtes Liecht /
 An welchem wiederumb Apollo herfür bricht /
 Vnd mit dem güldnen Schein des Nebels Dampff vertreibet /
 Das nichts als Fröligkeit / als Sonne bey vns bleibet /
 An dem / Herr Vater / euch der Hærr des Himmels liebe /
 Was sämpelich vns / vnd euch doch allermeist beliebt /
 Ein keusches Jungfräwlein / von Tugenden geziert /
 Bey der man Frömmigkeit vnd Freundlichkeit verspüret /
 Die wol dem Wärmelstein' vnd Gold' ein Kampff anbereit /
 Die auch den Momus selbst zu hören ist bereit.
 O hochgeehrte Braut / vom edlen Stam geböhren /
 In der sich Schönheit / Zucht vereinigt vnd verschworen /
 Kompt an mit Frewdigkeit / Kompt an / lehrt bey vns ein /
 Ihr solt vns sämpelich lieb vnd angenehme seyn.

Zur Ankunfft/ liebe Braut/ hab' ich gewünscht vernommen/
So send nun GOTT vnd vns zu tausendmal willkommen/
Zu einer solchen Braut wünsch' ich Glück vmb vnd an
Dem Bräutigam/ vnd der Braut zu einen solchen Mann/
Es woll' euch GOTT/ der HERR der blauen Schloßes/ geben
Ein' Hoffnung/ Herz vnd Sinn / Gesundheit/ langes Leben/
Haß/ Zorn/ Reid/ Widerwill/ vnd was Zwietracht erregt/
Das sey weit weg von euch/ was aber Frieden hegt/
Das nehme bey euch zu/ vnd wach' auff allen Seiten/
Bis euch der Friedens Fürst in sein Reich wird begleiten/
Da nichts als Fried' / als Freud' / als stolze Ruh regiert/
Vnd was dem bey gethan / sonst nichts wird etliche Zeit.

Ex

Filiali affectu precatur

CHRISTIANUS GERSTMANNUS.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi sine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locupletem Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminum disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





præfiscini fiat!

ASSUS HY-
ENEIUS

rum solennitati
plissimi, Spectatissimi,
onsultissimi,

ELIS GERST-
CONSULIS

OFURTENSES meritiss.

SPONSI,
Nec non
IRGINIS
 , pietatis amore, varioq; virtu-
 gore laudatissimæ,

ARINÆ,
VIRI
 ni, *Consultissimi,*
AE BARTHOLDI,
 oralis Brandeb. Advo-
 cissimi, **FILIAE,**
SPONSÆ,
 Xbris celebrandarum,
onis, amoris, honoris & bene-
e ergò adornatus

QVIS & AMICIS.

ticis Viadrum
ELIS KOCHII An. 1639.